



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio tertia. Vtrum potentia generandi sit in filio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio VII.

perfectionem ponit nec arguit plusquam nō principiare. Et ideo talis principatio debet reduci in tale principium quod secundum se non dicat aliquā perfectionem, & hoc est in diuinis sola relatio.

**40 A D R A T I O N E S** principales similiter respondendum. Cum enim primo dicitur quod illud est principium generationis in quo genitum assimilatur generanti. Di-  
cendum qd nō est verum nisi sit generatio impliciter vni-  
uersa, in qua genitum non solum recipit naturam à gene-  
rante, sed cum natura etiam potentiam generandi simile, nisi incidat defectus & error nature, ubi autem generatio est æquiuoca nec genitum confequitur potentiam gene-  
randi aliud, nec consequitur potest, impossibile est quod il-  
lud sit potentia generandi quo genitum assimilatur ge-  
neranti. Generatio autem in diuinis ex parte est quasi  
æquiuoca vt dictum fuit supra distin. 4. Genitum autem non confequitur simile potentiam generandi aliud. Et ideo principium generationis non est illud in quo geni-  
tum alteri assimilatur. Et iterum ubi cuncta principia ge-  
nerationis est illud in quo genitum assimilatur generanti,  
illa assimilatio est secundum diversas formas numero dif-  
ferentes sive eadem specie quarum una potest esse princi-  
pium alterius, ubi autem assimilatio est secundum eadem  
formam numero, tollitur necessario ratio principi & ter-  
mini, quia in nulla productione potest idem numero esse  
principium & terminus, & sic est de essentia in diuinis.

**41 Ad secundum** dicendum quod sicut Aristoteles nega-  
vit quod relatio posset esse terminus actionis, ita nega-  
set, & multo fortius, quod relatio posset constitutre sup-  
positum. Et quia nos non tenemus Aristotelem quantum  
ad hoc, imo dicimus quod relatio in diuinis constituit  
suppositum, ideo oportet negare illud quod communiter  
se haber ad hoc, scilicet quod relatio non possit esse termi-  
nus actionis vel etiam principium. Dictum etiam fuit  
quod non omnino similiro loquendum est de potentia  
generandi in Deo & in creaturis, sicut nec de generazio-  
ne & supposito generante.

**42 Ad dictum autem** Damasceni potest dici quod pro-  
tanto dicit Damascenus quod generatio est opus nature,  
quia per eam natura communicatur, & virtute naturae ge-  
neratio fundamentaliter elicetur, quia relatio que imme-  
diata actum generandi elicet fundatur in essentia, tamen  
non propter hoc est potentia generandi, quia potentia di-  
cit immediatum principium quo actus elicetur, vel potest  
dici quod Damascenus sub nomine nature comprehen-  
dit quicquid pertinet ad rationem suppositi & sic relatio  
in diuinis sub nomine naturae continetur, cum Damascenus  
dicat quod generatio est opus nature, vocat enim na-  
turam omne principium quod agit necessario & non lia-  
bere, &c.

### QVAESTIO TERTIA.

Vtrum potentia generandi sit in filio.

*Theo. I. p. 9. 41. ar. 6. ad pr.*

**A**d tertium sic proceditur. Et videtur quod potentia  
generandi sit in filio, quia perfecta imago perfecte  
imitatur illud cuius est imago, sed filius est imago perfec-  
tissima patris, ergo perfectissime imitatur ipsum poten-  
tia generandi, ergo, &c.

**2.** Item nulla scientia est in patre quae non sit in filio,  
ergo nulla potentia est in patre quae non sit in filio, ergo  
in filio est potentia generandi sicut in patre.

**3.** Ad idem est quod dicit Augustinus contra Maximū,  
& habetur in litera, filius non genuit non quia non po-  
tuit, sed quia non oportuit, si ergo non quia non potuit,  
ergo potuit.

**4 C O N T R A** si potentia generandi est in filio pos-  
ito quod generet, nullum sequitur impossibile, sequitur  
aut scilicet quod estet immoderata generatio & infinitas  
filiorum, ergo haec potentia non est in filio. Quod autem  
hoc sequatur patre, quia potentia generandi diuina aut est  
terminata ad unum filium aut non, si sic, non erit in po-  
tentia generandi nisi in patre respectu illius filii. Si non,  
qua ratione potest in duos & in tres & infinitos, vel dis-  
catur quare non.

## & Quæstio. III.

**R E S P O N S I O.** duo sunt modi dicendi ad qua-  
stionem istam. Prius est eorum qui dicunt quod potentia  
generandi dicit relationem paternitatis, que cum non sit  
in filio nec potentia generandi est in ipso, & hic modus ut  
mihi videtur verior est & planior.

Alius modus est correpondens prima opinioni. Et est  
talis quod istud gerundum generandi potest accipi tripli-  
citer, scilicet actiue, passiuē vel impersonaliter. Et primo  
modo potentia generandi est ut aliquis generet, & sic nō  
est in filio quia filius nō potest generare. Licer enim sola  
essentia sit secundū istos id virtute cuius sit generatio, ta-  
men quia ipsa hoc non habet nisi inquantū est, secundum  
istos secunda, quod ad primum actum qui est generare,  
ratio cuius secunditatis fortuit nomen & rationem po-  
tentiae generativa. Ipsa autem ut sic non est in filio sed fo-  
lum tali secunditate exulta, ideo essentia ut habens ra-  
tionem potentiae generativa actiue non est in filio.

Sed diceret aliquis contra hoc sic, omne absolutum  
comune est tribus personis, sed potentia generandi actiue  
est quid absolutum ut ponit prima opinio, ergo est in fi-  
lio & in omnibus personis.

Et ad hoc dicunt quod illud quod est sic absolutum  
quod nullo modo connorat respectum, est commune tria  
bus personis, sed absolutum, quod connorat respectum non  
est commune tribus, ut est sapientia genita quae tantum  
competit filio, potentia autem generandi actiue licet in-  
trinsecè non importet nisi solum absolutum quod est es-  
tentia, secundum istos tamē ut est ad generare ex quo son-  
tit nomen & rationem potentiae generativa, actiue con-  
norat respectum primitatis sibi coexistentem in persona  
in qua est sub ratione talis potentiae, & hoc propter pri-  
mitatem actus generandi respectu aliorum actuum, pros-  
pter quod non est nisi tantum in prima persona & non in  
secundo vel tertio.

Si autem gerundum sumatur passiuē, sic potentia ge-  
nerandi est in filio. ut generetur & in solo filio. Sicut  
enim esse deum genitum competit soli filio, licet Deus sit  
nomen commune, sic potentia generandi passiuē cōpetit  
soli filio propter respectum connorandum proportiona-  
liter ut in potentia generandi actiue.

Si autem ly generandi sumatur impersonaliter, sic dis-  
cunt & potentia generandi est communis tribus personis.  
Nam potentia qua exercetur actus generandi est in qualibet  
persona, licet generare vel generari non sit in qualibet.

Sed ita non placent, primum non, quia supra ostensa  
sum fuit quod potentia generandi est relatio & nō essen-  
tia ut sic. Nec secundum videtur valere, quia valde extra-  
neus modus loquendi est dicere quod aliquis habeat po-  
tentiam generandi, quia habet potestiam ut generetur,  
quemadmodum effet extraneum dicere quod partes ha-  
beat potentiam dealbanti, quia habet potestiam ut deal-  
batur aut quod ignorans habeat potestiam docendi, quia  
habet potestiam ut doceatur.

Secundò, quia talis responsio in nullo vadit ad inter-  
tionem questionis, nullus enim querendo vtrum in filio  
sit potentia generandi intendit querere vtrum filius ha-  
bet potentiam ut generetur, sed tantum ut generet, quia  
de hoc est difficultas si ponatur quod potentia generandi  
dicat tantum quid.

Tertium etiam non videtur bene dictu, scilicet quod  
potentia generandi (cum gerundum impersonaliter su-  
mitur) sit in qualibet persona, quia verbū impersonale &  
si determinare non importat habitudinem ad personam  
agentem vel patientem, quia ex hoc impersonale dicitur,  
tamen importat eam in vniuersali & indeterminate: ver-  
bi gratia: Cum dicitur doceatur impersonaliter, vel habet  
potestiam docendi prout est gerundum verbū impersona-  
lis, nō includit determinatē habitudo ad personam  
qua docet actiue vel determinatē ad personam qua doce-  
tur passiuē, tamen nunquam verificatur, nisi pro persona  
cui competit aut cōpetere potest actus docendi actiue vel  
passiuē, igitur licet ly generandi impersonaliter sumptum  
non includat determinatē actionem vel passionem aut  
respectum ad generans vel genitū, includit tamen inde-  
terminatē, nec vñquā verificari potest quod in aliquo sit  
potentia generandi accipiendo impersonaliter, nisi cui  
competit aut cōpetere potest generatio actiue vel passiuē.

E a sed

## Magistri Durandi de

sed generatio nullo istorum modorum potest competere esse, ergo nec potentia generandi etiam impersonaliter loquendo, quod est contra dictum tertium.

14 A D P R I M V M argumentum dicendum quod filius cum sit perfecta imago patris perfectissimum imitatur patrem in his in quibus imitatio attendi solet, hec autem sunt propriæ qualitas vel qualitas, vel aliqua per modum quantitatis vel qualitatibus accepta: vnde de filio perfecte imitante patrem dicitur quod est tantus & talis sicut pater, secundum relationes autem non est propriæ imitatio, quia nullus secundus eis dicitur similius aut dissimilis quod ad imitationem pertinet. Cum ergo potentia generandi dicat relationem intrinsecè secundum eam non debet attendi imitatio, sed solum secundum essentiam & materiem essentialem in qua transeunt quantitas & qualitas in diuinis, in his autem filius perfecte imitatur parrem, licet non in potentia generandi propter relationem quam includit.

15 Ad secundum dicendum quod non est simile de scientia & potentia generandi, quia scientia merè est absoluta, & ideo est omnibus communis, potentia autem generandi includit intrinsecè relationem ratione cuius non potest omnibus conuenire.

16 Ad tertium dicitur quod Aug. dicere intendit quod non est impotens in filio non posse generare, sed ex proprietate relativa sibi conuenit, &c.

## DISTINCTIO OCTAVA.

Sententia literæ octauæ distinctionis  
in generali & speciali.

Nunc de veritate sive proprietate. Superior ostendit Magister trinitatem personarum in unitate essentie. Hic autem prosequitur de his que pertinent ad essentiam & personam. Sunt autem in diuinis tria, scilicet essentia communis, persona distincta, & proprietatis distinguens. Et circa hoc quatuor facit. Primum enim determinat de pertinentibus ad essentiam. Secundum de pertinentibus ad personas. Tertiò de proprietatibus. Quartò comparat illa ad iniucem. Secunda in principio, cum dicit ibi: Nunc autem ad distinctionem personarum. Tertia in principio: 20. dist. & ibi, nunc de proprietatibus. Quarta in principio: 20. dist. ibi post praedicta. Prima dividitur in tres secundum tria attributa essentiae que prosequitur. Prima enim determinat de essentia unitate. Secundo de essentia incomunicabilitate. Tertiò de simplicitate. Secunda ibi, Dei autem solius. Tertia ibi, Eadem que sola. Prima in tres partes. Primo enim proponit suum intentum circa diuinam essentiam unitatem. Secundo circa proprium mouet dubitationem. Tertio dubitationem solvit. Secunda ibi, hoc autem diligenter aduentendum. Tertia ibi, Ecce hoc dicit August. Tunc sequitur illa prima pars, de etiam solius essentia, in qua determinat de ipsis Dei immutabilitate. Et dividitur in duas. Primo proponit diuinam immutabilitatem. Secundo eam declarat per comparationem ad creaturas. Secunda ibi, ut enim ait August. Hæc est diuino & sententia Magistri pro ista lectione in generali.

In speciali sic procedit Magister. Et primo proponit quod diuinam essentiam est summa veritatis, immutabilitatis, & simplicitatis, veritatis, quia esse ei verisimile conuenit, nam & a verbo sensi proprium nomen habet, & ostendit quod Dei esse secundum Hieronymum non habet præteritum nec futurum quod qualiter intelligendum sit aperit dicens, quod est Dei non noui præteritum, quia semper erat, non desinit esse, neq; noui futurum, quia semper fuit nec incepit esse. Et hanc expositionem confirmat per August. Postea contra hoc obicit dicens. Si enim esse diuinum non nouit præteritum vel futurum, quomodo ergo verba præterita vel futuri temporis de eo dicuntur? Et responderet ad hoc quod præterita verba de Deo dicuntur, non quia esse diuinum præterito vel futuro subiaceat, sed ad significandum diuinam aeternitatem & permanenter ipsius perpetuitatem, subdit etiam quod esse diuinum non aduenit ei ab alio nec est accidentis mutabile, sed naturaliter ei inest. Tunc sequitur illa pars Dei etiam solius in qua Magister primo proponit quod esse diuinum est immutabile. Secundo probat hoc quatuor rationibus, quarum prima talis. In omni mutabili est aliquid secun-

## Sancto Porciano

dum accidens quo mediante fit mutatio (id autem sumit ab Augustino) in Deo autem nihil est secundum accidens; ergo Deus est immutabilis. Secunda ratio est talis, quod haber verisimum esse semper feruat esse, Deus habet verisimum esse, ergo feruat semper esse, & omne tale incommutable est, ergo Deus est incommutable. Tertia talis est, & sumpta est ab Apofolo, & potest sic formari, Omne quod mutatur moritur & mouetur secundum aliquid iuri; quia dicit Aug. omnis mutabilis nonnulla est mors ipsa mutatio, sed Deus semper est immortalis, sicut dicit Apofolus, ergo Deus est immutabilis. Quarta ratio talis est, Omne quod mutatur mouetur vel per locum vel per tempus, sed Deus nullo motu mouetur, ergo Deus est immutabilis, Deus ergo non est mutabilis, ergo est immutabilis verè. Et hæc est sententia Magistri in speciali.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum qui est vel esse, Deo conueniat propriè.

Hec quæstio penul. ar. 1. non est apud Tho. Sed vide non multum distantem viuens saliorem, Tho. i. p. q. 13. ar. 3.

Circa distinctionem istam queritur de entitate Dei. Secundo de eius immutabilitate. Circa primum duo queruntur. Primum est vtrum qui est vel esse Deo conueniat propriè. Et videtur quod non, quia nihil nominamus nisi secundum quod concipiimus, sed conceptus quem habemus de Deo quia est, est maximè confulus & minimè proprius: ergo & nomen huic conceptui correspondens minimè est proprium, tale est qui est vel esse, ergo &c.

2 Item agens æquivalens non communicat cum effectu in ratione quam largitur effectus, sicut sol non est calidus, quia causa est æquivalens calor, sed deus est causa & quoque respectu creature, & largitur esse ei: ergo non conuenit Deo esse. Et si non conuenit ei non est ei proprium.

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur Exod. 3. Qui est, misit me ad vos, &c. Et arguitur per rationem sic. Cui soli competit nomen essentie illi proprium est esse, quia essentia ab esse dicitur vel econtra, sed soli Deo competit nomen essentia, vt patet per Hieron. ad Marcellum ubi dicit, Deus solis qui exordium non habet vera esse, etiam tamen tenuit, quia in eius comparatione qui verè est, quia incommutabilis est, quasi non sunt quæ comunicabilia sunt, ergo soli Deo propriè competit esse.

4 RESPONSO: proprium diuiditur contra commune & contra translatum, &c. dicitur dupliciter. Dicimus enim quod homo propriè rideret, pratum autem dum flore ridere dicitur non propriè sed translatuè. Dicimus etiam quod homini proprium est ratiocinari sentire autem, sed communè, licet virtus, conueniat homini propriè prout proprium diuiditur contra translatum.

5 Si ergo quæstio queratur de proprio prout diuiditur contra translatuè (quod quidem habet rationē impropriè) sic dicendum est quod Deo competit maximè propriè esse. Quod patet dupliciter. Primo sic. Illa nominatio est magis propria prout nunc loquimur de proprio quæ sumitur secundum cognitionem magis propriam, sed talis est per hoc nomen qui est vel esse, ergo &c. maior de se patet: minor probatur. Cum enim in hac vita non possimus videre Deum sicut in seipso est, quæcumque modum intellectus nostri determinet, circa ipsum deficit semper à modo quo ipse in se est. Et ideo omnis affirmativa cognitione de Deo quanto particularior est, tanto plus habet de impropriate determinando circa Deum modum qui in ipso non est, quanto autem viuens saliorem est tanto minus habet de impropriate, talis autem est cognitio si est secundum quam imponitur ei hoc nomen qui est, &c.

6 Secundo sic: illud nomen magis propriè cōpetit Deo quod importat plures perfectiones vñico modo & sine cōtradicione aliquicunque limitationis, ratio huius est, quia de his quæ fuit in creaturis ex quibus Deum cognoscimus & nominamus soli perfectiones Deo attribuuntur, sed eminentius quam sint in creaturis, quia in deo sunt perfectiones omnes generaliter sine exceptione, vñiq; sine diuino, ne infinita sine limitatione: ergo illud nomen magis propriè cōpetit Deo quod importat plures perfectiones quos ad primum, & vñico modo quo ad secundum, & sine con-